

LXV. Qualiter et quantum naues et alia ligna caricate de uictalibus ad eundum extra Culsum caricari possunt (1).

Q. 97 Confirmamus quod naues uel banzoni uel buzinnae uel alia ligna de ducentis (2) milliariis et inde supra, qui uel (3) que in Culfo, l' occasione (4) eundi extra Culsum, de uictualibus caricabunt, tantum duobus pedibus et dimidio ualeant caricari super crucem que magis est sub aqua (5); et hoc postquam primo uelam (6) fecerit usque ad septem annos; || et (7) a septem annis supra (8) duobus pedibus tantum. Patronus uero (9) qui contra hoc fecerit, duplum naulum (10) de omni eo quod plus caricauerit nostro comuni debeat emendare, ita ut teneamur (11) ad carius naulum quod in ipso ligno (12) fuerit naulizatum.

A. 216\* St. Tiep. A, 23.

(1) Var in Q: LXXVI. Idem. — (2) nauis uel alia ligna de CC — (3) qui uel *omesso*. (4) occaxione — (5) et medio s. c. q. plus est sub aqua possint caricari — (6) postquam uelum — (7) et *omesso*. — (8) supradictis in antea — (9) u. *omesso*. — (10) n. d. — (11) ut nos semper teneamus — (12) ligno *omesso*.

LXVI. Quantum naues et alia ligna que caricabuntur de ualania possunt caricari (1).

Uolumus quod nauis, uel banzonius, uel buzusnauis uel aliud lignum de ducentis (2) milliariis et inde supra, qui (3) uel que caricabitur de ualania, in quo uel (4) qua non extiterint merchatores (5) tantum duobus pedibus et dimidio debeat caricari. Ualenea uero (6) poni debeat ubi eis (7) melius placuerit, excepto super

Var. in Q: (1) LXXVII. De ualania caricanda. — (2) nauis uel aliud lignum de CC — (3) quod — (4) in agg. — (5) fuerint mercatores — (6) debeat c. Ualania tantum — (7) sibi —